

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. IX. Quando plures simul eundem, absolvunt, possunt singuli validè
uti hâc formâ: Nos te absolvimus &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

CONCLUSIO IX.

Quando plures simul eundem absolvunt, possunt singuli validè uti hâc formâ : *Nos te absolvimus &c.*

*H*ic primò videndum, an Christus volunt, quod duo Sacerdotes, licet singuli habeant totalem potestatem judicandi; possint inter se convenire, ad dandam participationem Abolutionem, per modum unius ad eum principii, sic ut valeat Abolutionis non tantum si simili finiant verba Abolutionis, verum etiam si unus paulo ante alium. Veluti contingit in Matrimonio, quod indubie valer, tametsi unus conjugij ante alium exprimat suum consensum; idque quia mutuo consenserit forma totalis & adæquata; adeòque non mirum si posito consensu unius, differatur effectus ulque ad positionem consensus alterius. Quæstio ergo est, an simili modo possit valide administrari Sacramentum Pœnitentiae à duobus Sacerdotibus, sic quod ex duabus formis Abolutionis, conficitur una forma totalis adæquata.

Si affirmaveris, consequenter videtur dicendum, haec formam valere : *Nos te absolvimus à peccatis tuis*: sicut in Matrimonio valet haec forma : *Nos contrahimus Matrimonium*. Nisi foris disparitas sit, quod posteriora verba determinante significant concursum partiale cum unus solus nequeat contrahere Matrimonium; prior autem verba possint significare concursum etiam totalem, pro libito Sacerdotis, ea proferentis. Pro quo

Videndum 2. an in communi modo loquendi, verba in prima persona numeri plurimi, & plurimis, ex se significant, duos ad eundem effectum partialiter concurtere, an vero sint in differentia, ut juxta materiam subjectam significant vel partiale concursum, vel simultaneum quidem, aut totalem ex parte singulorum.

Et sane non videtur dubitandum, quin saepius ex materia subjecta, aut aliis circumstantiis, significant concursum totalem, ut patet in his locutionibus : *Nos hodi legimus sacram*; *Nos conservavimus hanc hostiam*; *Nos testes sumus, quod hoc fuerit factum*; *Nos Episcopi statuimus ut in nostris Diœcœbus celebetur tale Festum*.

Adde, si Deus dispensaret, ut aliquis plures uxores simul acciperet, vir posset dicere : *Ego vos accipio in uxores*: & ipsæ possent respondere : *Nos te accipimus in virum*, & tamen absque dubio significant concursum totalem;

quia ad Matrimonium cum hac fœmina, ista nullo modo potest concurrere.

Similiter si quis haberet duos creditores diversorum debitorum, & si illi dicant : *Nos tibi condonamus*, singuli significant totalem condonationem sui debiti, independenter à voluntate alterius; quia neuter potest concurrere ad condonationem debiti alieni.

Sin autem duo executores alicuius testamenti dicere : *Nos Petrus & Ioannes donamus tibi hanc rem*, alterius consensu deficiente deficit donatio, quia illa verba in istis circumstantiis significant concursum partiale: cùm enim illa res non pertineat ad singulos executores in solidum, nec ipsi singuli in solidum possunt eam donare.

Consimiliter si duò dicant : *Nos emimus istam rem à te*, nullus intelligit unum solum velle illam emere, quia sic quilibet deberet dare æquale pretium, & quilibet deberet eam facere suam adæquate, quod repugnat.

Acedat exemplum supra positum : si vir & uxor dicere : *Nos contrahimus Matrimonium*, ex materia subiecta illa verba determinante significarent concursum partiale, cùm alio modo non possint concurrere.

Hinc ad propositum nostrum ; si Christus ita instituerit Sacramentum Pœnitentie, ut duo simili absolventes, velint nolint, ut validè absolvant, deberent absolvere totaliter, sive ut causa totales, certè non video, quare invalidè absolverent hâc formâ verborum : *Nos te absolvimus à peccatis tuis*. Nam licet verba illa indifferenta sint ad significandam causam totaliter vel partiale; tamen ex materia subiecta satius determinarentur, ad significandum concursum totalem, cùm tunc peccata in hoc modo non admittent Abolutionem partiale.

Quod autem Christus sic instituerit hoc Sacramentum, probatur; quia institutio colligitur, aut ex legitima auctoritate Scripturæ sacræ, aut declarantis Pontificis, aut Concilii, aut legitima Ecclesiæ Traditione, cùm tota dependeat à voluntate Christi; jam vero nullum habemus indicium vel signum aliquod minimum, aut saltem aliquam convenientiam, vel utilitatem institutionis plurium ministeriorum partialium. Immo inutilitas ostenditur; nam unus tantum per se æquè potens est, arque plures simul juncti, & ut abfolvat, debet percipere totam materiam, de qua debet judicare; ita ut nihil sit, quod debeant omnes percipere, quod non debet unusquisque percipere integrè, frustrè ergo institueretur, ut fieret judicium hoc, aut posset fieri à pluribus, quod æquè bene potest fieri ab uno.

Omitto inconvenientia, v. g. discrepancia judiciorum, tum in danda vel neganda Absolutione, tum in imponenda hac vel illa Pœnitentia. Sufficere debet universalis

O O O Ecclesiæ

184. Exempla in quibus significant concursum partiale.

Ecclesiæ praxis (quæ est confitendi uni soli, & ab uno solo recipiendi Absolutionem) ubi aliunde non suppetit ratio vel auctoritas in contrarium.

186. Nihilominus Arriaga disp. 50. n. 34. ait, *Oppositorum videtur valde probabile esse, quod si velint ipsi ab de probabili solventes concussum tantum partialiter praesi-
fici utraque bere, id possent validè obtinere, si tamen si-
mul formam absolvantur. Cùm enim Christus
constituerit Sacerdotes ut Judices, estò cuili-
bet dederit totalem judicandi potestatem, non
tamen video, cur eos impeditur (sicu quando
duo simul audiunt reum) quod minus possint
inter se convenire ad dandam partialiter Abso-
lutionem; quod si ex parte voluntatis partialis
id non repugnat, verba etiam id non impe-
dient, quandoquidem, ut dixi, sint apta ad
utrumque sensum. Hæc ille.*

**Solutio ob-
jectionem.** Et si objicias, non esse bonum argumentum
in hac materia ab aliis judicis ad Sacramentalia,
Respondet: licet in his, que ex consensu Ecclesiæ scimus à Christo limitata in hoc Sacra-
mento, non licet nobis argumentari ab
aliis judicis ad hoc; in his tamen, de quibus
fides nihil dicit in contrarium, non video cur
ea consequentia non sit bona.

187. Sed contra; consensu Ecclesiæ, ut statim
dixi, videtur etiam in hoc punto contrarium
dicare, cùm non permittat unquam Absolu-
tionem simultaneam plurium Sacerdotum, nisi
fortè in necessitate, & quamvis non ita expre-
sè declarat invaliditatem concursus partialis;
hoc ideo sit, quia nullus hæcenus attentavit,
quod scitur, partialiter tantum absolvere; sicut
bene absolvere in absentia, aut scripto &c.
neque periculum est, quod aliqui attentabunt,
cùm ad nihil possit esse utile.

Præterea hic auctor n. 36. interrogat: Sed
quid si unus ciuitus altero absolvatur? Respon-
det: Aliquis dicit, tunc nihil per priorem
Absolutionem efficiendum, quia illa non po-
test esse suspensa, donec alter finiat suam for-
mam; nihilominus posset satis probabilitate
dici, etiam tunc valere. Ratio est facilis;
Nam licet inter formam & materiam requiri-
ratur physica coëxistentia, ut inter ablutionem
& verba in Baptismo; non est tamen ne-
cessum, ut illa coëxistentia sit omnino meta-
physica, sed talis, ut moraliter judicentur si-
mul, & idem dico de partibus formæ.

Sacramen- Demus enim, quod Christus requisivisset, ut
tum valere probatur à simili in Baptismo,
dum instanti ablucere, & duo proferrent formam Ba-
ptismi, ad hoc ut Baptismus esset validus; pro-
fectò non propterea ullus dixisset, debere eos
omnino eodem instanti ablucere, & absolvere
prolationem verborum; quia si non est ne-
cessum, ut ablution & verba siant in eodem in-
stanti, neque etiam erit necesse ut ambo simul
finiantur, sed sufficiat, si habeant eam conju-
ctionem, quam habent materia & forma ipsius
Sacramenti.

Cùm ergo in eo casu due Absolutions, sint duæ partes formæ, estò una finiator paulo
ciuitus, quām altera, adhuc erit validum Sa-
cramentum; & quidem debet etiam tunc
dici collatum per verba de presenti; immo si
res prudenter considereretur, de facto ita con-
tingit in omnibus formis; nam dum baptizo;
non solum est pars formæ ultimum verbum,
sed omnia incipiendo ab, Ego te &c. & tamen
non omnes partes eius formæ proferuntur in
eodem instanti, sed successivè; ergo si dicamus
ex meis verbis, & verbis alterius Confessori,
fieri unam formam integrum Absolutionis,
procul dubio, estò una pars post aliam pro-
feratur, potest dici totum fieri per verba de
presenti.

Idem ostendo ex Matrimonio; nam estò k
Christus Dominus voluisset, ut illud non con-
traheretur nisi in presentia, & per verba, ut
actualia signa, nemo tamen ideo diceret, de-
buisse utrumque contrahentem simul loqui;
sed sufficiat etiam tunc, unum post alterum
loqui, & dare signum; neque ideo dicemus,
tunc magis esse formam de futuro, quām nunc
sit, quando in Baptismo verba præcent, & se-
quitur ablution, quo cafo etiam forma expedit
aliquantulum. Videsne quām facile totum hoc
defendatur? Hucusque Arriaga.

Video profectò quām facile totum hoc di-
catur. Sed aliud est dicere, & aliud defendere, ad
quod dicitur. Et quæsto te, quid facilis, quid
dicere, valeret Sacramentum Absolutionis, si
unus partialis minister diceret: Nos te, & aliis
subjungeret, *absolvimus à peccatis?* Nonne si in
judicis humanis unus Juxta partialis diceret:
Nos te, & aliis adjungeret: *absolvimus à talien-
tine, sententia foret valida?*

Si Christus instituisset triam ablutionem
pro materia Baptismi, ut putas quia non
valeret Baptismus, si primus minister primam
ablutionem poneret, secundus secundam,
tertius tertiam? Sicut enim illa tres ablu-
tiones constituerent unam totalem materiam,
sic & illi tres ministri unum totalem mini-
strum; sufficit autem, quod totalis minister
applicet totalem materiam. Ergo similiter
sufficit, quod totalis minister Sacramenti
Pénitentia pronunciet totalem formam Sa-
cramenti Pénitentia.

Et si dixeris sufficere, quod unus ex duobus
ministris prefentibus proferat verba Ab-
solutionis, ut uterque intelligatur absolvere,
& verè absolvatur, vellenti videre, ubi fides
contrarium disponat. Videsne quām facile
totum hoc dicatur? Num ideo facile totum
hoc defenditur?

Arte ut verum esset, quod Arriaga ibi do-
ceret, adhuc vera foret Conclusio, licet enim
tunc illa verba: *Nos te absolvimus &c.* non fati-
determinarentur à subjecta materia, vel alii
circumstantiis, ad significandum concordum
p. 14

particalem vel totalem, sed merè ab intentione absolvientis, cùm ramen uterque concursus sit sacramentalis, ut supponitur, partim refert; quis significetur, dummodo significetur Absolutionis procedens à tali ministro; quippe quod forma Absolutionis debeat significare ministrum ut cauam totalem vel particalem, ubi protinus docet? Sufficit plene, quod significetur auctum, qui per ipsum ministrum exercetur.

Additum, cùm sit ambigua significatio istorum verborum, forte per solam intentionem ministri satis eam determinari ad hunc vel illum concursum significandum, velut ly Meum in hinc erit.

SECTIO QVARTA.

De Dolore Sacramentali.

Concilium Tridentinum l. 14. cap. 4. in principio, *Contrito, inquit, que primum locum inter dictos penitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commiso cum proposito non peccandi de cetero.* Hanc definitionem diffusius explicavimus disp. 6. sect. 2. concl. 2. & ibi dictis nihil habeo addendum. Potius alia est *Contrito charitate perfecta, alia Contrito imperfecta, qua Attrito dicitur, ut ibidem docet Concilium.* Quæris à me, an eiam illa Attrito sit dolor Sacramentalis, & quid sit illa Attrito? Resolutionem meam invenies disp. 6. sect. 3. per totam.

Tantum addo, esti primariu[m] intentum Concilii fuisset, ostendere contra Hæreticos, quod Attrito non sit actus malus, sed bonus; & consequenter, quod falsò quidam calumniaverunt Catholicos Scriptores, quasi tradidisse Sacramentum Pœnitentia, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: equidem eadem opera, postquam declaravisti, de qua Attritione loquuntur Scriptores Catholici, scilicet de illa, qua voluntate peccandi excludit, cum spe venienti, eadem, inquam, opera approbat eorum doctrinam, dicens: *Etsi quavis finè Sacramento, Penitentia per se ad iustificationem perdacere, peccatorum nequeat, tamen cum ad Dei gratiam, in Sacramento Pœnitentia impenitandam disponit.* An remode tantum? Immo vero proxime secundum Catholicos Scriptores, quos ibi Concilium defendit à falso calumniu[m] Hæreticorum.

Unde quod subditur: *Hoc enim timore utiliter concessi Nimiris, ad Ione predicationem plenam terroribus Pœnitentiam egerunt;* & misericordiam Dei impetrarent, videre posset, non esse probatio illius, quod immediate precesserat, cùm

forma Consecrationis determinatur ad significandum corpus Christi, tametsi omnes circumstantes apprehendant Sacerdotem loqui de proprio corpore.

Atque hic sit finis hujus conroversie, parum revera utilis; ut & aliae nonnullae, quæ hic à Doctoribus tractantur, & ideo eis non immoror; sed transeo ad illa, quæ sunt scitu profusi necessaria tam ipsis Confessariis, quam penitentibus; ad actus, inquam, penitentis, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem. Et quoniam Contrito primum locum inter dictos penitentis actus habet,

hic erit.

tunc nondum esset Sacramentum Pœnitentia institutum; sed primarii quasi intenti, ut putat timore pœnae à Deo immisum non esse malum; neque etiam Pœnitentiam, quam ex illo concipimus, vel tantum naturalem, quanto magis supernaturale?

Ast nunquid, interrogat quispiam, dolor sacramentalis debet esse supernaturalis? Et alius: Nunquid formalis? Et tertius: Nunquid efficax? Respondeo unicà Conclusione:

CONCLUSIO I.

Dolor Sacramentalis debet esse supernaturalis, formalis, & efficax, etiam de venialibus.

Voco dolorem sacramentalem, qui requirit ad Sacramentum Pœnitentia, non ut quadam tandem dispositio ad effectum Sacramenti, sed etiam ut materia aut quasi materia Sacramenti. Hunc autem debere esse supernaturale, probatur communiter ex Concilio Trident. l. 6. can. 3. sequentis tenet: *Si quis dixerit, sine preveniente Spiritu sancti inspiratione, a quo eis adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut paenitere possit, sicut operari, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.* Posset autem prenitere homo sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, sine præveniente Spiritu sancti inspiratione, si dolor sacramentalis posset esse omnino naturalis tam in modo, quam in substantia; quippe non admittimus Sacramentum validum & infusum, de quoq[ue]vis & misteriis beatis.

Dico;

Ooo 2